



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Meretrix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

DIUTURNÆ VALETUDINIS PROSPERITAS.

CAP. VIII.

A Invenio vite prosperitatem ac inoffensam valetudinem in longa ævi spatia productam, per hieroglyphicum Apum in secundo oleæ ramo confidentium significari: id quod mihi Democriti responsum in memoriam adducit, qui olim interrogatus, qua ratione quis longiorem vitam assequi possit: interiora respondit, melle irriganda, exteriora vero oleo perungenda: quod hieroglyphice accipitur ostendit, animum quantacumq; fieri potest, suavitate permulcendum, hilaritatemq; undecumque captandam, omni prorsus amaritudine atque acerbitate procul ablegata, neq; quicquam quod exulceret, intromittendum, corpus vero exercitio consolidandum, quod quidem in otio torpescere necesse sit. Nam ut commentario suo dictum, oleum inter alia significata exercitium quoque denotat. Sedenim Aristoxenus Pythagoricos plurimum melle usos tradit. Neq; tantum calidi panis sufficit. Democritus vitam dies aliquot in amicorum obsequium produxisse fertur, verum & vapore mellis naribus admoto. Omnino autem ferunt, quibus mellis usus frequentior fuerit, vitam diutius producere: contra vero, qui cibis acidis delectentur, brevioris esse vitæ. Sane Cynios populos, qui scilicet Corsicam insulam incolebant, longævus vixisse tradit Athæneus, quod assidue mellis uterentur cibo. Nam & Diophanes, qui de re rustica libros conscripsit, longævus evadere dicit, qui mellis estimatione delectari fuerint. Præstat vero in senecta ipsa plurimum panis & melle pasci: neque enim solum, ut is afferit, vivacitatem adjuvat, sed & sensus omnes sanos & integros custodit. Quamvis, quod ad Athenæum spectat, nostri mel Corsicum dicant habere aliquid in se, quod amaritudinem sapiat, unde dixerit Ovidius de infalla exitiali cera:

*Itæ hinc difficiles funebria lingua tabella,
Tuque negaturis cem referas notis,*

*Quam puto de longa colle Ham flore cicuta
Melle sub infami Corsica misit Apis.*

Cynii populi longævitæ.

Herulia in Ponto mel conficitur, quod qui edere mententur abalienantur. Dioscor. l. 2. c. 75.

Et Maro prius dixerat,

Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

Insomnium mel apud Macronas memorat Xenophon, quod qui copiosius edissent, & vomere & exercere cogebantur, neque quidem omnino stare poterant.

MERETRIX. CAP. IX.

C Sed quoniam trahente rerum fluxu impingimus in mellis vitia, minime dissimulandum, quod quadragesimis Hebræorum castris Hieronymus putat Jonathan contra detestationem patris gustasse mel intellectu mystico, quod scilicet destillat à labiis mulieris, & sorte deprehensum, vix populi precibus liberatum. Porro mel non offertur in sacrificiis Dei, & cera, quæ dulcia continet, non lucebat in tabernaculo, sed oleum purissimum, quod de olivarum exprimitur amaritudine. Quod vero sit verisimilis Hieronymi conjectura super Jonatha, Aristoteles tum milites plerumq; omnes mulierosos esse, tum scriptores rerum qui recensent Hebræorum mores, gentem eam esse ponunt salacissimam. Sed Jonathan pro innocentia sua dicentem mihi videor audire: *Cur igitur ego conquestus palam sum, satis imprudenter fecisti: patrem meum, qui populum tam longa adduxerit esuritioni, ut vel modico cibo, quæ pro innocens obtulisset, suorum vires veteris instaurari? Quorsum ulla hic impudicitia? Nam quomodo ego, qui à sorte exoriente hostes uno tantum comitatus famulo, cum per inaccessas crepidines ad eos irrepissem, quotquot obviam habui aggressus cecidi, & in fugam verti, & mox accitis meis, ad vesperam usque perseverantissima occisione persecutus sum: quo pacto deliciis & genio vacare potuissem, qui pro summo Dei nostri honore, consilia, subditicia, nequaquam à tam probo, tam pio, tam acri veritatis propugnaculo, tam immerito de me unquam cogitata credideritis.*

Jonathan sua verba.

EXOTICÆ DISCIPLINÆ. CAP. X.

UT vero nos mellis damna prosequamur, id etiam addemus, quod Hierosolymitanus Hefchius nō poeticam tantum, verum omnem Gentium doctrinam per mellis Apumve hieroglyphicum significari tradit, quod in suavitate verborum & eloquii dulcedine tota consistit, rerum autem inanis est. Eoq; trahunt Salom. illud ex Prov. *Non respicies ad mulierem meretricem, savus enim distillans labia meretricis, & nidius oleo guttur ejus, novissima autem illius amara quasi absinthium.* Quo minus

Prov. c. 5.